SECVNDVS LOCVS GENERALIS,

DE QVIBVSDAM CIRCVMSTANTIIS Cœnæ.

Circumſtantiæ hic 4:

- *1. De autore, qui eſt Dominus I. C. Hic obſeruanda tria:*
  - *1. Probatio eius, quæ facile fieri poteſt ex verbis inſtitutionis. Etſi enim Deus per homines ſæpe res magnas effecit, vt per Moſen dedit legem, per Abrahamum inſtituit circumciſionem, ſicuti & per Iohannem Baptiſmum: Hoc tamen Sacramentum, neque per Angelos, neq; homines, ſed per ſolum filium ſuum inſtituere voluit, &c.* Menc. Fiſch.
  - *2. Quæ cauſæ impellentes Chriſtum, nimirum 3:*
    - *1. Immenſa eius miſericordia, quæ:*
      - *Explicatur, &c.* Mencel.
      - *Applicatur. Nam hæc cauſa facit nos certiores:*
        - *De ſalute noſtra. In eius enim oppignorationem, non datur nobis ciuitas vel regio aliqua, ſed corpus et ſanguis Ieſu Chriſti, &c.* Id.
        - *2. De participatione meritorum & beneficiorum Chriſti. Cùm enim ſe totum nobis porrigit manducandum & bibendum profectò etiam omnia nobis exhibet quæ corpore & ſanguine ſuo promeruit. Hinc Paulus Rom. 8. Si Deus dedit nobis filium, &c.*
    - *2. Vt impleret promiſſiones ſuas de præſentia in Eccleſia, Matth. 28 Iohan. 20. Hoc verò etiam:*
      - *Explicatur. Chriſtus enim adeſt piis non tantum modo vniuerſali, vel etiam virtute & efficacia, ſed, &c.* Id.
      - *Applicatur. Hinc enim pij certò ſtatuere poſſunt, ſe in cruce & afflictionibus non eſſe ſolos, ſed habere apud ſe Chriſtum, qui etiam cum & in ipſis patitur, &c.* Id.
    - *3. Vide liter. T.*
  - *3. Vide liter. V.*
- 2. 3. 4. *Vide liter.* W.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id37034300X/169 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG